

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1108

**Auteur(s) :** Herbert de Charmont, Bayeux (doyen chapitre cathédral)

**Bénéficiaire(s) :** Bayeux, Notre-Dame (cathédrale)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1244, janvier

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le doyen Herbert de Charmont donne à l'église cathédrale ses maisons de Bayeux, le tiers de toute la dîme de Tracy-sur-Mer, et ses acquêts à Douvres, avec certaines réserves, pour son obit, et ceux de son frère Raoul de Charmont, évêque d'Angoulême, de leurs père et mère, de leurs frères et sœurs, de Pierre des Ablèges, trésorier, et de Jean Le Roux, scholastique.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCCXVII, t. 2, p. 38-39.

## Dissertation critique

Janvier 1243 est proposé par V. Bourrienne.

Texte établi d'après a

Omnibus Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, Herbertus, decanus Baiocensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse et concessisse Domino et ecclesiae Baiocensi domos meas Baiocenses sitas inter domum quæ fuit Roberti Calvi, canonici Baiocensis, ex una parte, et domum Ricardi de Bello Monte, ex altera, in vico illo ; item, inter domum quæ fuit Roberti de Gavriz, sacerdotis, ex una parte, et domum Furni quæ fuit data Roberto de Banet (?) in maritaggio cum filia domini Willelmi, militis de Agnervilla, versus Francum Vicum ; item, apud Tracheium supra mare, terciam garbam tocius decimæ, et in alia terra decem et octo sextarios ordeï ad mensuram ejusdem villæ ; item, quinque sextarios ordeï et unum sextarium frumenti, ad eandem mensuram, in eadem tercia garba : quæ adeptus sum ex dono ultimo Willelmi de Mathonio ; item, apud Dobram, in feodo Karoli, quicquid vel jam acquisivi vel deinceps acquisiero, extra summam trium modiorum frumenti ad mensuram Baiocensem. Hæc, inquam, omnia contuli ecclesiae memoratæ post decessum meum, ita quidem quod in mea retineo potestate ordinationem omnium prædictorum quibus scilicet usibus ea decrevero deputare, excepto uno modio ordeï, ad mensuram Baiocensem, quod ego in decima de Tracheio prædicto obitui bonæ memoriæ Petri de Ablegiis, quondam thesaurarii (sic) Baiocensis, deputavi, et exceptis viginti quinque solidis usualis monetæ quos ex nunc nominatim deputavi obitui bonæ memoriæ Johannis Rufi, quondam scolastici Baiocensis, in ipsa ecclesia Baiocensi, secundum quod minores obitus in eadem fieri consueverunt annis singulis celebrando. Si vero de prædictis in vita mea non disponerem casu aliquo contingente, penes capitulum remaneret dispositio eorumdem, ita tamen quod ad quinque obitus deputetur : videlicet, ad obitum meum, decem libræ ; ad obitum domini Engolismensis episcopi, fratris mei, decem libræ ; et residuum in tres partes dividatur, ita quod pars tercia

obitui patris mei, alia tertia obitui matris meæ, et residua tertia obitibus fratrum et sororum meorum, qui in eadem die celebrabuntur, assignetur. Valet. Datum anno Domini millesimo ducesimo quadagesimo tercio, mense januarii.